



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa
Sacramenta, accuratè declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1664

Disputatio L. De natura assumpta, ejusque partibus & ordine
assumptionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13826

Tom. II.

Deitati secundum se, semperque ex modo significandi intelligitur in illis prædicationibus tanquam subiectum immediatum Deus, & dum dicitur *Vnus est Omnipotens, unus Immensus, &c.* sensus est, *Vnus est Deus Omnipotens, Deus Immensus, &c.* quod etiam dici debet de hac voce *Creator*; eâ enim de causâ tantum est in divinis unus creator, licet actio creativa importari solum videatur in obliquo, quia immediatum prædicatum in eâ propositione est Deus, non quidem nudè sumptus, sed vestitus, ut ita dicam, extrinsecè actione creativa, & sensus est, in divinis tres Personæ sunt unus tantum Creator, id est, unus tantum Deus creator.

VIII.

Varia combinationes tum in divinis, tum creatis discernuntur.

Hinc etiam resolvitur quid dicendum circa varias combinationes, quas imaginari quis facile posset in præsentia materiâ. Una enim persona divina unita duabus humanitatibus esset unus homo, una verò persona creata unita iisdem essent duo homines, cum hic humanitates importentur in recto, ibi in obliquo. Si Verbum dimitteret hanc humanitatem, & Pater eam assumeret, esset alius homo; si verò hac dimissa Verbum aliam assumeret, esset idem homo, sicut est idem lucidum heri & hodie in hoc aère, quia licet lux mutetur, subiectum tamen quod in recto importa-

tur, manet idem. Ulterius, si quis fingat tres Personas divinas assumere tres naturas humanas, ita ut quavis persona terminet omnes illas naturas, erunt tres homines, quod etiam idem foret, si tres naturæ humanæ aut Angelicæ inter se penetratæ terminarentur à tribus subsistentiis creatis, ita ut quavis subsistentia terminaret omnes.

Tandem, casu quo ulla ex Personis divinis assumeret duas simul naturas creatas, specia aut genere distinctas, humanam scilicet & Angelicam, esset inter concreta illa communicatio idiomatum, ut notat Suarez hic in commentario articulo 7. contra Caietanum, sicque homine moriente Angelus moreretur, sicut nunc in Christo, moriente homine, Deus moritur per communicationem idiomatum, ad hoc autem parum refert identificatio Personæ divinæ cum divinâ naturâ; ideo enim solum contingit hæc communicatio in Christo, in concreto inter humanam naturam & divinam, quia eadem persona subsistit in duabus naturis, ergo cum hic idem contingeret, esset eadem communicatio; cum enim in hoc casu hic Angelus esset hic homo, sequitur manifestè hoc homine moriente, hunc etiam Angelum mori: & sic de cæteris.

IX.

Si Persona aliqua divina assumet naturam humanam & Angelicam, esse inter concreta communicatio idiomatum.

DISPUTATIO QUINQUAGESIMA.

De naturâ assumptâ ejusque partibus
& ordine assumptionis.

IN *Questione quartâ multa disputat Doctor Angelicus de naturâ quam Verbum assumpsit, de aptitudine scilicet & convenientiâ ex parte illius ut assumeretur: in quintâ varia inquiruntur circa partes & potentias naturæ assumptæ: in sextâ demum de ordine assumptionis, querit utrum prius una pars assumpta fuerit quàm alia, utrum partes Verbo unitæ prius fuerint, quàm inter se, &c. quæ hic sigillatim sunt disputanda.*

SECTIO PRIMA.

Utrum quævis substantia assumi possit à Verbo.

I.

Nil obstat quo minus natura Angelica assumatur à Verbo.



ALBERTUS in 3. Distinct. 2. art. 2. negat naturam Angelicam assumi posse ab aliquâ Personâ divinâ. Ratio ipsius est, quod suppositum in Angelo non distinguatur à naturâ, cum ergo suppositum, seu subsistentia Angeli assumi nequeat, assumi etiam nequit natura, quæ à subsistentiâ non distinguitur. Sed falsò asseritur subsistentiam in Angelo non distinguî ab ejus naturâ, quare ex hoc capite nil im-

pedit, quin naturâ Angelicâ, vel Verbo, vel alteri Personæ divinæ hypostaticè uniatur, ut mox fusius ostendam numero tertio.

Dico primò: Posse quavis naturam humanam à Verbo assumi: hoc certum est contra Wiclephum asserentem non potuisse Verbum aliam assumere humanitatem, præter illam numero, quam de facto assumpsit; quod fortasse cum alio ipsius errore supra relato connexionem habet, quo dicebat non posse Deum facere aliud quàm quod de facto fecit. Cum ergo Christus fuerit similis nobis quoad humanitatem, nulla est vel probabilis ratio, cur quæcumque naturam humanam assumere non potuisset, æquè ac eam, quam assumpsit.

II.

Quævis etiam natura humana assumi potest à Verbo.

Dico

III. *Offenditur posse Verbum divinum uniri sibi hypostaticè naturam Angelicam.*

Dico secundò: Quoad naturam etiam Angelicam, ut dixi n. 1. nulla videtur difficultas; quidni enim, sicut supplevit Verbum defectum substantiæ humanæ, supplere etiam potuit substantiam naturæ Angelicæ. Cujus rei non leve fundamentum desumitur ex verbis illis Divi Pauli ad Hebræos 2. *Nisquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ*: ubi significat Apostolus magnum contulisse Deum in nos beneficium, quod naturam nostram præligeret Angelicæ, cui se uniret hypostaticè, quod sanè nullum esset beneficium, si assumeret naturam Angelicam non potuisset.

IV. *Negant nulli posse naturam irrationalem assumi à Verbo.*

De irrationali ergo naturâ præcipuè versatur difficultas, quâ in re Halensis, Richardus, in 3. Distinct. 2. art. 1. q. 4. Gabriel in 3. Distinct. 1. quæst. 2. art. 1. & 2. Pater Hurtado Disp. 2. Phys. sect. 7. num. 81. & alii affirmant impossibile esse ut Verbum naturam irrationali sibi uniat hypostaticè, nisi in ordine ad rationalem. Rationes afferentur postea.

V. *Natura quevis substantialis, etiam irrationalis, assumi potest à Verbo.*

Dicendum tamen cum S. Thoma in 3. Distinct. 2. q. 1. art. 1. quem sequuntur Thomistæ, Scoto, Durando & aliis, Suarez hic, Disp. 14. sectione 2. Vasquez Disputatione 3. capite 2. & communi Theologorum sententiâ, posse naturam quamvis substantialem, etiam irrationali, assumi à Verbo. Probat: nulla enim in hoc est repugnantia; ergo non est cur divinitus fieri non possit, ac proinde cum substantia omnis, etiam irrationalis, habeat substantiam, non est cur (sistendo præcisè in capacitate illius naturæ, & abstrahendo à congruentiis) assumi non possit. Confirmatur: in triduo mortis mansit corpus mortuum unitum Verbo; ergo potest Verbum assumere aliquid irrationale incapax gratiæ & beatitudinis; ergo & potest divinitus assumere corpus vel vivum vel mortuum Leonis, ergo & formam; quæ enim evidens hujus implicatio. Nec refert materiam primam ordinari ad animam rationalem, non sic formas materiales; esto enim ordinetur ad animam materia, alios tamen status patitur; in quibus incapax est animæ connaturaliter loquendo, & tamen tunc est assumptibilis.

VI. *Natura etiam obstat, ali quam in hoc apparere infans non est, sed scilicet incongruitatem.*

Objicitur primò: Indecens videri ut Deus fiat mus, vel musca. Respondeo non agi de congruitate, sed possibilitate, nec fortasse sine aliqua indecentia antecederet appareret Angelo unito divini Verbi cum materiâ primâ & humanitate, aut cum corporibus horum animalium, vel quod Deus inoreretur, si rem secundum se præcisè consideraret, & tamen hæc sunt possibilis. Sic etiam potuisset Christus, æquè manere sub accidentibus longè imperfectiorum substantiarum, minusque ratione nostrâ cum decentibus, atque sub speciebus panis, quod tamen nullus dicit esse impossibile, præsertim, cum stulta mundi elegerit Deus ut confunderet Sapientes. Non ergo negamus esse majorem congruitatem in unâ naturâ, quam in aliâ, sed possibilitatem.

VII. *Assumptio-nem naturæ irrationalis non impedit, quod non possit constituere personam.*

Objicies secundò: Natura irrationalis non est apta constituere personam; ergo non potest assumi à Verbo. Nego consequentiam, sicut nec in triduo constituere personam cum corpore mortuo Christi Domini, cui tamen uniebatur. Non ergo est necessarium, ut forma vel quasi forma tribuat omni subjecto cui unitur, omnem suum effectum formalem, cum effectus formalis connotet, non formam solum, sed subjectum aptum: sic gratia habitualis non denominat Christum filium adoptivum sicut denominat Pe-

P. B. Comptoni Theol. Scholast. Tom. II.

trum; sic species visibiles in aëre receptæ non denominant aërem visivum sicut oculum; ergo ut possit Verbum uniri naturæ irrationali, sufficit quod unum effectum formalem possit ei conferre, nempe denominationem substantientis, & suppositi; tam enim verè subsisteret illa natura per substantiam Verbi, ac subsistit modò natura humana per eandem, non tamen denominaret personam, sed suppositum, quia ad personam requiritur natura rationalis.

Objicies tertio: Natura irrationalis non est capax gratiæ, visionis beate, & sanctitatis; ergo non potest uniri illi Verbum, nec sanctitas in-citata. Negatur consequentia: hic enim non est effectus adequatus substantiæ Verbi, sed ut reddat naturam illam substantientem; & operativam conformiter ad conditionem illius naturæ, sicut faceret substantientia propria, & fortè ut de-beatur illi concursus ad operationes aliquas miraculosas, quas sanctus Dionysius & sanctus Damascenus vocant divinas. Imò substantientia nulli est principium operandi, seu influens in operationes, ergo neque isthic deberet hoc expectari. Nec urget si quis objiciat, natura irrationalis non est capax visionis beate; ergo nec unionis hypostaticæ, quæ est major perfectio: Capacitas enim ad unionem fundatur solum in generali conditione naturæ substantialis, quæ capax est compositionis inter ipsam & substantientiam, at visio est actus vitalis intellectualis, & consequenter requirit subjectum vitale, & spirituale.

Ad illud verò de sanctitate, dico per sanctitatem vel intelligi aptitudinem ad eliciendas operationes studiosas, & honestas, conducentes ad vitam æternam, non autem competit unioni hanc aptitudinem conferre cuicumque naturæ, sed solum liberæ, & illarum capaci: sin verò per sanctitatem intelligatur sanctificatio, seu dedicatio naturæ assumptæ per intimam unionem & præsentiam Personæ divinæ, sic dicunt hujus sententiæ Auctores sanctificatum iri naturas irracionales per Verbum, & fore eas hoc titulo speciali adoratione dignas.

Objicies quartò: *Esse est propter operari*; sed natura irrationalis non est capax ullius operationis divinæ, ut amoris Dei, visionis, &c. ergo nec divini esse. Respondetur primò: operationes miraculosas subinde vocari à Patribus divinas, ut supra diximus, & harum saltem est capax natura irrationalis. Respondetur secundò: esse existentia esse propter operari, non esse substantiæ, cum hæc non sit principium operationum, per unionem verò hypostaticam directè communicatur naturæ sola substantientia, seu redditur natura ut subsistens.

SECTIO SECUNDA.

Inferuntur quedam circa assumptionem partium & unionis.

HINC infero primò: Non totum solum sed partes etiam incompletas sive integraliter, ut cor, caput, brachium, &c. sive substantialiter, ut materiam sine omni formâ, & formam sine materiâ existentem posse assumi à Verbo, ut de animâ constat in triduo, & de corpore exstant multi in eodem triduo non fuisse in materiâ illâ unitâ Verbo formam cadavericam, sed solum mansisse

VIII.

Dices: Natura irrationalis non est capax gratiæ, ergo nec unionis.

IX.

Sanctitas adhibet modum, qui potest sumi.

X.

Dices: Natura irrationalis non est capax operationis divinæ, ergo nec esse.

I.

Partes, tum integraliter, tum substantialiter incompleta assumi possunt à Verbo.

C c

mansisse corpus organizatum sine animâ. Ratio est, quia cum partes etiam incompletè existentes habeant suas subsistentias partiales, nil vetat quo minus hoc modo assumantur.

II. *Accidens non potest hypostaticè uniri Verbo.*

Infero secundò cum Mayron. in 3. Dist. 5. q. 1. Conclusionè 3. Bassoli in 3. Distinct. 2. q. 1. a. 2. Cabrerâ 3. parte, quæst. 4. art. 1. Disp. 5. & 6. Suarez hic, Disp. 14. l. 4. Vasquez Disp. 30. c. 5. contra Marsilium in 3. q. 3. art. 1. Conclusionè 2. Almainum in 3. Distinct. 1. q. 2. Gabrielem in 3. quæst. 2. art. 1. Medinam 3. p. quæst. 4. art. 1. & alios, accidens non posse uniri hypostaticè Verbo. Ratio est, Unio siquidem hypostatica est modus substantialis, & datur solum ad suppleendam propriam subsistentiam, cum ergo accidentia nullam habeant propriam subsistentiam, non potest per divinam suppleri. Adde, accidens nec esse naturam, nec partem naturæ, sicque non deberi illi subsistentiam & consequenter habere non posse unionem hypostaticam.

III. *Verbum divinum non corpus tantum, sed etiam animam assumpsit.*

Infero tertio: Verbum non corpus solum assumpsisse sed animam rationalem. Refert hac in parte S. Augustinus hæresi 44. hæresim Apollinaris ejusdam, qui Christum carnem quidem assumpsisse aiebat, divinitatem tamen supplevisse vicem animæ. Est tamen de Fide Christum habuisse animam rationalem, *Tristis est anima mea usque ad mortem*, Matth. 26. & rursus, *Non mea sed tua voluntas fiat*. Tandem definitum hoc est in quinta Synodo, canone 4. & alioquin non fuisset Christus verus homo per omnia similis nobis absque peccato, contra Apostolum.

IV. *Certum de Fide est contra Marcionem & Manichæos, corpus Christi non fuisse phantasticum.*

Infero quarto: Corpus quod assumpsit Christus non fuisse phantasticum, ut volebat Marcion & Manichæi, nec ex materiâ cœlesti, ut aiebat Valentinus hæreticus, sed verum fuisse corpus terrestre, & nullo simile, ex MARIA Virgine desumptum. Probatur ex Scripturâ sacrâ: *Ece concipies & paries Filium. Misit Deus Filium suum factum ex muliere*, &c. Nec refert dici Christum ab Apostolo hominem de cœlo cœlestem; hoc enim dicitur ratione Personæ divinæ, quæ de cœlo descendit, & in cœlo adhuc manebat.

V. *Sanguis immediatè fuit unitus Verbo.*

Infero quinto cum sancto Thoma quæst. 5. a. 2. quem sequuntur communiter in hac re Theologi, sanguinem fuisse immediatè Verbo unitum: Unde Pater Suarez Disp. 15. sect. 6. ait contrarium teneri hoc tempore sine errore non posse, licet olim Durandus & pauci alii illud tenuerint. Probatur primò ex unanimi consensu Patrum, qui videri possunt apud Suarez citatum, & Vasquez Disp. 36. cap. 6. Imo addit Vasquez cap. 4. hoc definitum esse à Clemente 6. in extravagante, *Unigenitus de penitentibus & remissionibus*, ubi de sanguine Christi sic loquitur Pontifex: *Quem in arâ Crucis innocens immolatus, non guttam Sanguinis modicam, qua tamen propter unionem ad Verbum, pro redemptione humani generis suffecisset, sed velut quoddam profluvium noscitur effudisse; quæ verba licet fortè per se non arguant esse hanc sententiam definitam, cum explicari possint de mediata assumptione, seu ratione humanitatis, conjuncta tamen cum aliâ ejusdem Pontificis definitione, quam refert Vasquez citatus num. 14. & Tanneus Disp. 1. de Incarnatione quæst. 4. num. 92. videntur omnino convincere: cum enim Concionator quidam Barcinonæ in publicâ concione ad populum dixisset, Sanguinem quem in passione Christus effudit fuisse à divinitate separatum, mandavit per litteras suas Pontifex inquisitori*

Veritas hæc à Clemente VI in extravagante Unigenitus videtur definita.

Barcinonensi, ut doctrinam illam tanquam hæreticam damnaret, quod & præstitit.

Ratio hujus est, quia sanguis, five informetur animâ, five non, est vera pars corporis humani, præsertim vivi, unde nihil frequentius in Scripturâ sacrâ quam ut homo caro & sanguis vocetur; cum ergo Christus corpus vivum assumpserit, sanguinem similiter assumpsisse debuit. Quare ad Hebræos 2. de Christo dicitur: *Quia pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse similiter participavit isdem*. & Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 3. ait sanguinem poni sub speciebus panis, ob concomitantiam, quia Christi partes copulantur: quæ etiam de causâ rejiciendus est Caietanus distinguens inter sanguinem decoctum, quem dicit informari animâ, & consequenter fuisse assumptum, & non decoctum, seu nutritivalem, quem ait assumptum non fuisse: hoc inquam rejiciendum est, cum Patres eodem modo de omni sanguine loquantur.

VI. *Sanguinem immediatè fuisse à Verbo assumptum, ex sacris Litteris ostenditur.*

Difficultas tamen restat hac in re, quia quod semel assumpsit Verbum, nunquam dimisit, ergo si totus sanguis in Passione effusus, fuerit unitus Verbo, totus iteum debebat reassumi in Resurrectione, quod tamen factum non est, cum & aliquid sanguinis manserit in instrumentis passionis, & juxta traditionem quarundam Ecclesiarum servetur alicubi in quibusdam ampullis pars aliqua sanguinis Christi.

VII. *Non levio hæc in re videtur esse difficultas, quia totus sanguis non videtur in resurrectione fuisse reassumptus.*

Putant aliqui, totum sanguinem in Passione effusum, fuisse resumptum in Resurrectione, quæ videtur mens Divi Thomæ, quæst. 34. a. 2. licet intelligi possit de toto sanguine moraliter. Alii probabile existimant parvam aliquam quantitatem sanguinis, ob devotionem fidelium, in terris mansisse, nempe in coronâ spineâ, sudario, & aliis instrumentis passionis, cum verò asserunt non esse nunc hypostaticè unitum Verbo; Axioma verò illud intelligi debere asserunt de parte aliquâ præcipuâ, cum partes carnis & sanguinis per nutritionem deperditæ, fuerint à Verbo deunitæ, & nunquam amplius resumptæ, quod & de præputio communiter affirmari solet. Pauca verò hæc sanguinis guttæ, vel non sunt ad integritatem corporis necessariæ, vel si sint, aliunde ex aliâ aliquâ materiâ, quæ aliquando fuerat in Christo, supplebantur. Sanguis verò ille in ampullis hodie in quibusdam Ecclesiis conservatus, non est verus Christi sanguis, sed ex quâdam Christi imagine à Judæis vulneratâ effluxit, ut testatur Sanctus Athanasius in septimâ Synodo relatus.

VIII. *Afferunt nonnulli totum Sanguinem fuisse reassumptum, Christi corpori unitum.*

Infero sexto cum Patre Suarez disp. 15. sect. 7. alios etiam tres humores fuisse immediatè à Verbo assumptos. Ratio est, quia hi etiam humores ad veritatem naturæ humanæ spectant, & ad convenientem statum corporis vivi, quæ etiam de causâ erunt in corporibus Beatorum. Quod exinde confirmatur; Galenus enim libro 2. de elementis, vocat quatuor humores, elementa corporis humani, libro autem primo dixerat elementum esse partem minimam. Quod etiam de spiritibus vitalibus, & animalibus affirmari potest, præsertim cum communiter dicantur nihil esse aliud, quam partes sanguinis puriores.

IX. *Alii etiam tres humores immediatè fuerint à Verbo assumpti.*

Infero septimò: Etiam capillos & dentes fuisse immediatè à Verbo assumptos: ita Suarez citatus, & alii. Ratio est eadem, quæ de præcedentibus, spectant enim ad integritatem completam humani corporis, Verbum autem assumpsit humanam

X. *Dentes qui quædam in modis sunt assumpti.*

humanam naturam integram. Deinde cum Verbum suppleret subsistentiam creatam in homine, non debuit ulla in Christo esse subsistentia præter divinam. Excrementa autem, quæ propriè talia sunt, non fuerunt à Verbo assumpta.

XI.
Christi corpus fuit in utero Virginis, non successivè, sed simul formatum.

Infero octavò: Corpus Christi fuisse, non successivè, sicut corpora aliorum hominum, sed simul in utero Virginis formatum. Hoc autem ut fieri posset congregatio sanguinis virginis ad corpus illud efformandum, fieri debuit, non per motum localem, sed per translationem ex unâ parte in aliam, sine translatione per spatium intermedium, ad eum modum, quo motum discretum Angelorum explicant Theologi, ad quam proinde translationem concurrere non potuit Virgo, nisi miraculosè. Dispositiones autem potuit Virgo in instanti producere, Deo miraculosè auferente dispositiones contrarias, quæ solæ sunt causa successivæ inductionis alienius qualitatis, ut patet in lumine, quæ contrarium non habet: hoc autem sufficit ut Beata Virgo dici possit concursu verè materno concurrisse ad formandum corpus Christi, quod scilicet duritiam ossis, carnis molliem, & huiusmodi alia eo instanti produxerit; in quo etiam ad unionem inter animam & corpus Christi producendam, concurrebat, qua in re præcipuè consistit concursus matris ad prolem, cum sit animatio fetus, ut vocant.

SECTIO TERTIA.

De ordine assumptionis.

I.
In intentione prius assumptum prius fuit totum, quam partes.

I. Infero nonò: Licet quoad intentionem prius naturâ, seu ratione assumptum fuerit totum, quam partes; cum finis, quem intendebat Deus, esset assumere humanitatem, & fieri homo, in executione tamen prius naturâ assumpti Verbum partes, quam totum: ita S. Thomas quest. 6. art. 5. ad primum, Suarez disp. 17. sect. 5. & alii. Quamvis ergo totum hoc negotium perfectum sit unico instanti reali, ut superiori corollario diximus, instantia tamen rationis sic instituere possumus. In primo ergo instanti assumpsit Deus materiam, in secundo illam disponebat, in tertio creavit animam, eantique assumpsit, in quarto univit materiam. Prius itaque assumpta est materia, quam anima, quod constat, quia prius debebat materia subsistere, & consequenter assumi, quam reciperet in se dispositiones, sed prius naturâ erat disposita materia, quam anima crearetur, utpote quæ non creatur nisi ad existentiam corporis dispositi, ergo.

II.
Anima Christi prius unita fuit Verbo, quam materia.

II. Prius verò unita fuit anima Verbo, quam materię, tum quia subsistentia complet ipsam in ratione partis, quare sicut si intellectus & voluntas distinguantur ab animâ, prius ratione concipitur illa potentias hæc in se per emanationem producere, quam uniri corpori, cum prius in se completa esse debeat, quam uniatur alteri, idem dicere debemus de subsistentiâ. Deinde anima juxta probabilem sententiam est subiectum unionis sui ad corpus, sicut autem actiones, ita & passiones sunt suppositorum, ergo pro aliquo priori subsistit, quam uniatur materię, sed non per aliam subsistentiam quam Verbi, ergo: nec est ulla ratio cur dicamus animas aliorum homi-

num prius subsistere, quam uniantur corporibus, & non animam Christi.

De utrâque verò parte sic probò: Unio enim tam corporis quam animæ cum Verbo facta est omnino independenter ab unione cum totâ humanitate, ergo prius ad illam; vera enim prioritas consistit in independentia: Antecedens probatur; ita enim facta est unio cum partibus, ut manserit in triduo utraque unio; ergo independenter facta est ab unione totius: dicere enim perisist. tunc priorem unionem, & duas de novo partiales emergere, iterum in resurrectione perituras, & est contra mentem Patrum hinc probantium unionem animæ ad Verbum esse majorem & excellentiorem unione ejusdem animæ ad corpus, quod hæc destrui potuerit, non illa: rationi etiam non ita est conforme, cum sine ulla necessitate ita multiplicentur uniones.

III.
Declaratur quo pacto prius naturâ assumpta fuerint partes, quam totum.

Dices cum Scoto in 3. Dist. 2. q. 2. Vasquez Disp. 39. cap. 3. & aliis contrarium sentientibus, hinc sequi totum non esse per se assumptum, sed solum per accidens. Negatur tamen sequela: Primò quia solum assumuntur partes in ordine ad constituendum totum: Secundò & præcipuè quia in nostrâ sententiâ unio etiam assumitur, unde sicut non valet hæc consequentia, partes producantur prius aliquo modo naturâ ad productionem totius; ergo totum non producit per se, ita neque hæc, partes aliquo modo prius assumuntur quam totum, ergo totum non assumitur per se, sed per accidens.

IV.
Neque hinc sequitur, quod opponunt aliqui, totum non esse assumptum per se, sed tantum per accidens.

Urgebis: Ergo Verbum non fuit primò homo, sed secundò tantum. Distinguo consequens: Si per esse primò hominem intelligatur immediate & ex primariâ intentione non fuisse hominem: nego consequentiam; si secundum signa rationis, transeat, sicut hac ratione productio Adamo, non fuit primò productus homo, sed partes, licet immediate & primariò productus sit homo.

V.
Quod partes prius assumpta sint, quam totum, non sequitur, verbum non fuisse primò hominem.

Dices secundò: Ergo Verbum unitum fuit humanitati per duas uniones hypostaticas non unitas inter se, & consequenter eas facere cumulum & aggregatum per accidens. Nego sequelam: primò enim aliqui probabiliter dicunt uniones illas hypostaticas partiales uniri inter se per tertiam unionem hypostaticam terminatam ad unionem inter animam & corpus: Deinde licet non uniantur non faciunt aggregatum per accidens, quia intrinsecum univert ordinem inter se ad unionem substantialem totalem componendam, quod in aggregato per accidens non contingit; sicut primus gradus caloris non univert immediatè cum quinto, cum quo tamen non facit aggregatum per accidens, quod nunquam contingit cum res quæ univertur ordinantur saltem mediatè ad unum per se.

VI.
Obicit Ergo dua ille uniones hypostaticas faciunt aggregatum per accidens.

Infero ultimò: Quomodo intelligendum sit dictum illud toties à Patribus usurpatum, nempe Verbum assumpsisse corpus mediante animâ, & animam mediante spiritu. Sensus enim est, non quòd mediatè solum assumptum fuerit corpus, sed quòd corpus de facto assumptum à Verbo non fuerit, nisi in ordine ad animam & operationes spirituales, & studiosas ad finem redemptionis humani generis, ac proinde in intentione divinâ fuit anima ratio cur Verbum assumpsit corpus, alioqui illud non assumptum ob defectum cujusdam congruitatis, vel in se, vel ad finem intentum, ut diximus.

VII.
Quo sensu dicant sancti Patres, Verbum assumpsisse corpus mediante animâ, & animam mediante spiritu.

SECTIO QUARTA.

An Unio inter animam & corpus assumpta fuerit à Verbo.

I. Prima sententia est negativa.

NEGAT Pater Hurtardo Disp. 2. Physic. sect. 7. P. Suarez hic, Disp. 17. sect. 5. & alii, qui vel unioni huic negant subsistentiam propriam, vel universaliter asserunt non posse unionem alià unione uniri, quod tamen hic necessarium fieri deberet, ut constet.

II. Nulla est repugnancia quo minus unio inter animam & corpus assumatur.

Dico primò: Non repugnat unionem assumi à Verbo. Ratio est, quia cum sit quid per se spectans ad constitutionem naturæ substantialis, & substantia, non est cur ei neget quis propriam subsistentiam partialem, & consequenter, cur non possit hæc suppleri à Verbo, sicut possunt subsistentiæ partiales materiæ & formæ. Deinde subsistentia est ultimus terminus naturæ, unionem autem non esse secludendam à ratione naturæ, ostendimus lib. 2. Phys. Disp. 1. sect. 1. ex definitione naturæ traditâ ab Aristotele.

III. Ex eo quòd hac unio alià unione uniat, non sequitur processus in infinitum.

Nec obstat quod supra objiciebatur quòd scilicet unio non possit alià unione uniri, ne sequatur processus in infinitum; hoc enim inconueniens ad summum tunc sequitur, quando unitur per aliam unionem homogeneam, seu ejsdem rationis, idque ex naturali exigentiâ, ut si unio informationis egeat alià unione informationis, per quam uniat, non verò quando unitur per aliam unionem heterogeneam. Sic omnes concedunt puncta continuativa albedinis, & formæ substantialis materialis (quæ tamen sunt modi & uniones) uniri materiæ per unionem informationis.

IV. Obicit. Si hac unio habeat propriam subsistentiam, ergo & illa quâ unitur Verbo, sicq; dabitur processus in infinitum.

Dices: Si unio inter animam & corpus habeat propriam subsistentiam, ergo & unio qua unitur Verbo habeat, ergo illa uniri debet Verbo per aliam unionem, & illa per aliam, & sic in infinitum. Sed contra, hoc enim argumentum æquè urget de unione hypostaticâ inter materiam aut animam & Verbum. Negatur ergo consequentia: Unio enim hypostatica, cum non subsistat ut quod sed ut quo, & integret quasi simul cum Verbo unum ultimum terminum substantialem naturæ humanæ, sicut inhaerentia, seu unio informationis integrat cum accidente unum ultimum terminum, & complementum accidentale, non debet terminare aliam unionem in ratione subsistentis.

V. Verisimilius est unionem inter animam & corpus Christi de facto fuisse assumptam.

Dico secundò: Probabilius videri unionem inter animam & corpus, de facto fuisse à Verbo assumptam. Hoc affirmari videtur à sancto Damasceno lib. 3. de Fide cap. 6. ubi ait, Verbum assumpsisse quicquid in hac naturâ plantaverat, quod scilicet de his, quæ spectant ad constitutionem naturæ, intelligi debet.

VI. Nihil subsistentia creatæ manere debuit in naturâ assumptâ.

Probatur ratione primò: Si enim unio hæc habeat propriam subsistentiam, ut est verisimilius, videretur debuisse assumi, nihil enim subsistentiæ creatæ manere debuit in humanitate illâ, & consequenter quicquid ibi erat subsistentiæ, suppleri debebat à Verbo. Confirmatur: Propter hanc namque rationem communiter dicunt Theologi, sanguinem & reliquos humores, capillos etiam & ungues assumi debuisse à Verbo, esse animâ non informarentur, saltem rationali, ergo à sortiori assumi debuit unio.

VII.

Secundò probatur: Verbum assumpsit hun a-

nitatem, quatenus natura est, sed humanitas quâ talis non dicit solum materiam & animam rationalem, sed unionem, homo enim definitur physicè: Compositum constans ex animâ, corpore, & unione, ergo hoc totum assumi debuit, sed hoc intrinsecè & formaliter includit unionem, ergo etiam unio assumi debuit. Confirmatur: Alioquin sequeretur in resurrectione Verbum factum esse hominem per solam reunionem animæ & corporis inter se.

Verbum assumptum humanitatem, ergo & unio inter animam & corpus Christi.

Dices: Materia & anima unitæ sunt homo, seu humana natura, ergo si Verbum assumpsit materiam & animam unitas, assumpsit humanitatem. Contra: Quia quantumcumque materia & anima unitæ sunt homo, qui tamen produceret materiam & animam, & non produceret unionem, non produceret hominem, licet simul aliunde vel produceretur unio, vel esset à se. Sic etiam Angelus, qui videret intuitivè partem & albedinem, etiam dum hæc inhaereret partem, si tamen non videret unionem informationis, non videret totum, cum totum ultra ambas partes, etiam collectivè sumptas, addat unionem.

VIII. Sicut qui produceret materiam & animam, etiam dum uniantur, non produceret materiam & animam, si non produceret unionem, ita nec assumeret.

Respondetur itaque, distinguendo primum antecedens: Materia & anima unita reduplicativè sumptæ sunt homo, concedo antecedens, sic namque includunt unionem; specificativè sumptæ, nego: sic enim etiam dum uniantur, non sunt homo, sed solum partes hominis, & consequenter, qui eas hoc modo assumeret, non assumeret humanam naturam, ut proximè ostensum est exemplo creationis & visionis; perinde enim est ad hanc assumptionem, atque si non unirentur.

IX. Materia & anima reduplicativè sumptæ sunt homo, non sumptæ tantum specificativè.

Quod dixi de unione inter animam & corpus, intelligi etiam debet de unionibus continuativis partium materiæ à Verbo assumptæ. Neque hinc sequitur dari infinitas uniones hypostaticas correspondentes infinitis punctis & lineis materiæ, una enim unio habens partes extensivas, eo modo quo habet, id abundè præstare poterit.

X. Uniones etiam continuativæ materiæ sunt assumptæ.

Dices, hinc sequi contra commune axioma Theologorum, Verbum, quod semel assumpsit, aliquando dimisisse, hanc enim unionem dimisit. Contra: Certum est Verbum dimisisse humanitatem in morte, & in triduo illo non fuisse hominem, ut contra Hugonem victor. & Magistrum in 3. dist. 22. Docet Sanctus Thomas, & Sanctus Bonaventura, & communiter Theologi apud Suarez Tomo 2. in 3. partem, disputatione 37. sect. 2. ergo si stante hoc axioma potuit Verbum dimittere humanitatem, quidni & unionem, per cujus dimissionem dimittitur humanitas, & quâ resumptâ, resumitur. Certum etiam est, ut supra dixi, Verbum dimisisse partes per nutritionem toto vitæ tempore segregatas.

XI. Nihil ex hac doctrinâ sequitur contra commune Theologorum sententiâ, Verbum scilicet, quod semel assumpsit, nunquam dimisit.

Axioma ergo illud solum intelligitur de partibus præcipuis humanitatis, de animâ quoad individuum, de materiâ saltem quoad speciem, non verò de toto, nec unione, quæ est forma totius, cum quoad aliquas uniones certum sit in passione & morte fuisse pro tempore, imò perpetuò dimissas, ex quibus fuerunt uniones continuativæ partium carnis, quæ divisa sunt per vulnera toto corpore dispersa, ex quibus quinque præcipua perpetuò sunt permanentia.

XII. De quibus intelligendum sit commune illud Theologorum pronuntiatum.

Hinc infero, posse dici uniones hypostaticas, partiales terminatas ad animam & corpus, uniri inter se per hanc unionem hypostaticam unionis, licet etiam non sit necessarium ad hoc, ut illæ uniones

XIII. Uniones hypostaticæ animæ & corporis Christi uniri

inter se pos-
sunt per hanc
unionem
hypostati-
cam unio-
nis.

uniones faciant unum per se in Christo. Prima patet probatur: Quid namque vetat illas uniones uniri quasi extensivè, sicut ununtur partes heterogeneæ formarum materialium in viventibus, hoc enim modo res diversæ speciei incompletæ, imò & generis possunt inter se uniri, & quasi continuari, ut ostendimus in libris de Anima, ad illam quæstionem. Secundam etiam partem probò: Ad vitandum siquidem aggregatum per accidens sufficit mediata coordinatio rerum ad se invicem, quamvis immediatè non connectantur, ut constat in partibus viventium, &c.

SECTIO QUINTA.

An natura existens in propria subsistentiâ assumi possit à Verbo?

I. Supponen-
dum contra
Durandum
& alios
quosdam
subsistentiam
esse tantum
lucis
quàm ratio-
ne distingui
ab humani-
tate.

NOTANDA hic in primis obiter quædam circa naturam subsistentiæ, plenior enim hujus rei discussio ad Philosophiam pertinet. Suppono itaque primò contra Durandum, & alios, subsistentiam creatam, prout sumitur pro ratione formali denominante suppositum, esse quid plusquam ratione distinctum à naturâ: Primò, quia alioqui Verbum assumendo naturam creatam, verè & realiter assumpsisset personam creatam contra Concilia. Secundò, quia si à parte rei idem sit humanitas & homo, sicut hæc propositio est vera, homo est Deus, ita erit & hæc vera, humanitas est Deus, quod nemo concedet.

II. Male Scotus
asserit sub-
sistentiam
scilicet esse
in duplici
negatione.

Suppono secundò contra Scotum, subsistentiam non consistere in duplici negatione, actualis scilicet, & aptitudinalis dependentiæ ab alio, seu ut nec pendat actu, nec naturaliter pendere possit ab alio. Ratio est primò: Subsistentia namque secundum omnes, est complementum quoddam & perfectio naturæ, negatio autem non est perfectio. Secundò: Quia alioquin persona in creatis esset ens per accidens, cum tamen secundum omnes subsistentia & natura faciant unum per se, negatio autem non facit unum per se cum re positivâ. Tertio: Hoc modo siquidem Verbum divinum non posset supplere vires subsistentiæ creatæ, unio namque hypostatica dat effectum contradictorium, cum contradictoriè tollat negationem unionis, in quâ negatione consistit ratio formalis subsistentiæ creatæ secundum Scotum. Quarto: Hæc etenim ratione inanes essent definitiones Conciliorum contra Nestorium asserentem fuisse in Christo duas personas, creatam & divinam, solum enim definirent naturam humanam Christi unitam Verbo, non existere sine hujusmodi unione, ad quod declarandum non fuisset opus Concilio generali, cum sit lumine naturæ notum, nec ullus hæreticus, quantumvis stupidus id assereret. Quintò: Non enim apparet quomodo Verbum secundum hanc Scoti sententiam non desinat habere subsistentiam, & esse persona dum unitor humanitati, cum non habeat negationem actualis unionis cum alio: Dependentiâ autem, quam requirit Scotus nihil est aliud, quàm unio. Hæc obiter in præsentem sententiam enim Scoti latè impugnavi disp. 8. Metaph. sect. 2. & 3. ubi argumenta, quæ pro eâ afferuntur, solvi. Plura etiam hæc de re ponentur infra, sectione sextâ.

In hac sen-
tentia ena-
res essent
definitiones
Conciliorum
contra Nes-
torium,
duas perso-
nas in Chri-
sto statuen-
tem.

III. Varii ar-
gumènti

Suppono etiam ex Metaphysicâ, loco proximè citato, effectum formalem subsistentiæ non esse,

R.P. Comptoni Theol. Schol. Tom. II.

ut vult Pater Suarez, reddere naturam, quam terminat, independentem per modum subjecti, hic siquidem est conceptus creationis, non subsistentiæ. Secundò subsistentia ipsa educitur. Tertio forma materialis subsistit, quæ tamen non est independentem ab alio per modum subjecti. Quarto: Angelus ad hunc effectum non egeret subsistentiâ, cum sit essentialiter independentem à subjecto.

ostenditur
conceptum
subsistentiæ
non esse si-
tum in eo ut
reddat natu-
ram indepen-
dentem à
subjecto.

Præterea, contra Vasquez, effectus formalis subsistentiæ non est, ut non sit res aliqua ullo modo in alio tanquam in composito: Primò enim anima rationalis, etiam in composito subsistit. deinde, omnes partes ignis & aquæ habent suam subsistentiam partialem. Tertio: Alioqui non est cur Angelus habeat subsistentiam, cum naturaliter constituto cum aliâ re compositum non possit. Quarto: Hinc sequeretur Verbum non habere subsistentiam, cum actu constituit compositum cum naturâ humanâ, imò nec subsistentia creata esset subsistentia, est enim in composito.

IV. Non videtur
etiam aut
Vasquez effectum
formalem sub-
sistentiæ esse,
ut res ali-
qua non sit
in alio tan-
quam in
composito.

Tertio: Effectus formalis subsistentiæ non est reddere naturam incommunicabilem alteri tanquam supposito, quæ est sententia Albertini, & ex parte Suarez, quos multi sequuntur ex recentioribus: vel enim sermo est de supposito proprio, ita scilicet ut natura habens unam subsistentiam propriam non possit naturaliter habere aliam propriam: vel quòd habens propriam non possit simul habere alienam: si primum est effectus solum transcendens, & ad quem nisi alius finis includatur, nulla unquam forma requiritur, sic enim licet calor ut unum, tollat indifferentiam subjecti, ad alium calorem ut unum, & ubicationem hujus subjecti in eodem spatio, nisi tamen esset alius effectus quàm hic caloris & ubicationis, nullus vel hanc requireret, vel illum.

V. Neque effe-
ctus forma-
lis subsisten-
tiæ est red-
dere natu-
ram incommu-
nicabilem alteri
tanquam
supposito.

Si verò dicatur secundum, frustra requiritur subsistentia, nec enim ibi opus est formâ, vel modo ad tollendam indifferentiam, ubi nulla est, Angelus autem non est indifferens ad subsistentiam humanâ, nec homo equinâ, sicut nec materia cæli, si non sit capax formarum sublunariarum eget ullâ formâ superadditâ, per quam tollatur hæc indifferentia, & si Petrus non possit esse nisi in uno loco, nullus in eo poneret ubicationem distinctam.

VI. Frustra po-
nitur subsi-
stentiâ ad
tollendam
indifferentiam
ne habeat
subsistentiam
alienam.

Dices: Licet naturaliter natura Angelica non sit indifferens ad subsistentiam humanam, nec homo ad equinam, sunt tamen divinitus; ad hanc ergo indifferentiam tollendam datur subsistentia. Sed contra primò: Hoc namque est, quod est in quæstione, Utrum scilicet natura habens propriam subsistentiam, possit simul terminari alienâ. Contra secundò: Auctores enim hujus sententiæ negant potentiam obedientialem, & dicunt naturam Angelicam exempli gratiâ, etiam spoliatam propriâ subsistentiâ, non posse, nec divinitus quidem, recipere subsistentiam humanam, ergo non est cur ad hanc indifferentiam, etiam in ordine ad potentiam absolutam tollendam, detur subsistentia, cum natura antecedenter ad subsistentiam propriam tali indifferentiâ careat.

VII. Dices: Natu-
ra huma-
na divinitus
est indiffe-
rens ad sub-
sistentiam
equinam.

Contra tertio: Cur ergo non ponimus in materiâ formam aliquam, vel modum ad tollendam indifferentiam, quam habet ad aliam formam divinitus simul cum eâ, quam naturaliter habet recipiendam, quod etiam argumentum fieri posset de formis accidentalibus. Contra quartò:

VIII. Eodem mo-
do etiam po-
ni in mate-
riâ debet
forma, vel
modus ad
impediendâ
aliâ formam
etiam divi-
nitus indu-
cendam.

quartò : Subsistentia siquidem est connaturalis proprietatis, naturaliter substantiis debita, ergo solum dicere ordinem debet ad res intra ambitum rerum omninò naturalium, nec præcipuè respicere potest Deum, ut auctorem supernaturalem, forma enim naturalis habere debet effectum naturalem sibi proportionatum, & solis naturæ viribus definitum. Unde colligo, si possit munus aliquod naturale inveniri, quod adscribamus subsistentiæ, non esse ad hoc confugiendum.

IX.
Formalis itaque conceptus subsistentia est, ut sit ultimus terminus & complementum naturæ.

Effectus itaque formalis subsistentiæ est, ut sit ultimus terminus, & complementum naturæ, sicut enim res integraliter habent suos terminos, & complementa juxta probabilem sententiam, puncta scilicet terminativa, & accidentales etiam perfectiones, ut flos colorem, lac dulcedinem, Sol lucem, &c. ita quidni habere etiam debet substantia suam perfectionem & complementum substantiale, ergo hoc est munus sufficiens alicujus formæ, esto nullum aliud effectum præberet, quæ est ratio sufficiens hujus rei.

X.
Quo sensu subsistentia reddat naturam existentem per se.

Hinc verificantur alia quæ de subsistentiâ afferri solent ab auctoribus, nempe quod reddat rem existentem per se, id est completam in ratione existentis per se, seu substantialiter, cum proprium substantiæ sit existere per se. Reddit etiam rem incommunicabilem alteri tanquam supposito, id est, hac stante non potest res illa uniri naturaliter alteri supposito, sive proprio, sive alieno, licet hic non sit primarius effectus subsistentiæ, sed communis & generalis illi cum aliis terminis respectu suorum effectuum formalium. Unde etiam formæ substantiales materiales habent subsistentiam, seu ultimum hunc terminum substantialem non minus quam anima rationalis, licet sint dependentes à subiecto; reddere enim independentem à subiecto non est effectus subsistentiæ, sed creationis, ut jam dictum est.

XI.
Nil obstat, quo minus humana natura cum propria existentia assumatur à Verbo.

His positis, ad quæstionem Respondeo: Nullam esse implicantiã, ut humana natura existens in propriâ subsistentiâ assumatur à Verbo: de factò tamen nullam propriam habuit. Secunda pars est de Fide, & definitur in Concilio Ephesino, can. 3. & 4. & in quintâ Synodo, can. 4. & 5. ac Patres omnes & Concilia docent contra Nestorium, in Christo non esse duas personas.

XII.
Ratio est, quia in hac assumptione nulla apparet repugnantia.

Prima pars est contra Scotum in 3. Dist. 1. q. 2. paragrapho ad quæstionem igitur; Durandum, Caietanum 3. parte, quæst. 3. art. 6. Patrem Suarez Disp. 14. sect. 1. Vasquez Disp. 19. num. 6. & multos ex Recentioribus: tenet tamen Pater Hurtado Disput. II. Metaphys. sect. 7. & alii. Ratio conclusionis est generalis illa quæ afferri solet pro hujusmodi quæstionibus, quæ procedunt de potentiâ absolutâ, nempe nulla est repugnantia, ergo. Confirmatur, potest eadem natura creata assumi à tribus personis divinis, ergo & existens in propriâ subsistentiâ: quam consequentiam, concessò antecedente, ut communiter illud concedunt auctores hujus sententiæ, ait Scotus negari non posse, quâ de causâ negat ipse antecedens, ut supra vidimus. Hanc conclusionem latius discussi Disp. 8. Metaphysicæ, aliaque ad subsistentiam spectantia, quæ hic non sunt repetenda.

SECTIO SEXTA.

Alia quedam de Subsistentiâ creatâ, & peculiariter an consistat in negativo.

QUÆRES, Utrum subsistentia naturæ humanæ, quam per unionem ad Verbum impositam esse dicimus, & si humanitas prius tempore extitisset antequam uniretur, fuisset per assumptionem destructa; utrum inquam, subsistentia hæc sit quid positivum, an in negatione consistat? Hanc difficultatem latè discussi in Philosophiâ, Disp. 8. Metaphysicæ, sect. 2. & 3. ubi ostendi sitam esse in positivo: & quamvis ab illo tempore multa à doctis quibusdam Recentioribus, quique hanc quæstionem labore suo & industria non parum illustrarunt, à latta videantur ex Conciliis tum Parribus, quibus acriter contendunt subsistentiam creatam consistere in negatione unionis cum altero, præsertim digniore, nihilo tamen fecius in sententiâ de subsistentiâ in positivo sitâ persisto, utpote quæ & ad rei veritatem, & ad Concilii ac Patrum hac de re loquentium auctoritatem tuendam multo mihi videtur accommodatior, cum parum è dignitate Concilii sit, ut tot eruditione & sapientiâ præstantes viri in unum ex diversis orbis partibus convocarentur ad definiendum alicujus lumine naturæ notum, humanitatem scilicet unitam Verbo non manere non unitam, seu habentem hujuscemodi unionem non habere ejusdem unionis negationem, quod plurimum ridiculum videtur, & definitiones Conciliorum exponere ludibrio. Sed de hoc latius dixi in Metaphysicâ, loco proximè citato.

Illud verò nullo modo mihi efficax videtur, quod ad probandum subsistentiam creatam in negatione sitam esse afferunt contrariæ sententiæ auctores, eique præcipuè insistent, quòd nimirum Concilium & Patres affirmant, ideo humanitatem non subsistere propriâ subsistentiâ, quia unitur Verbo, ergo, inquam, juxta Patres subsistentia propria, seu creata formaliter sita est in negatione unionis cum alio perfectiore, sicque rejiciunt omnem entitatem positivam à ratione subsistentiæ.

Hoc tamen nullo pacto probat intentum; fateor enim causam cur non habeat Christi humanitas propriam subsistentiam esse, quia unitur Verbo, hinc tamen non rectè inferitur, negationem hujus unionis esse illius subsistentiam, sed solum sequitur ex hac unione ad subsistentiam Verbi humanitatem non habere propriam, quia nulla res creata potest naturaliter habere duas: cum ergo Deus statuerit ut hæc humanitas semper uniretur subsistentiæ divinæ, nunquam connaturaliter habere potuit propriam. Imò non magis sequitur hæc consequentia, humanitas quia unitur subsistentiæ Verbi, caret propriâ subsistentiâ, ergo subsistentia creata consistit formaliter in negatione hujus unionis, quam hæc, aqua fervens non habet frigus quia habet calorem, ergo frigus consistit formaliter in negatione caloris.

Nihil ergo aliud docent Patres, & Concilia, quam rationem cur humana Christi natura non habeat propriam subsistentiam, nec constituat personam

I.
Utrum subsistentia humanitatis per assumptionem imposita, sit quid positivum, an negativum.

II.
Dicitur Asserere Patres humanitatem non habere propriam subsistentiam, quia unitur Verbo.

III.
Ratio ista non est formalis, sed casualis.

IV.
Quomodo in partem.

*Lari Patrum
hoc de re di-
ta discussu-
antur.*

sonam esse quod uniatur divinæ. Sic Rusticus Diaconus à Patre Wadingo hic, disp. 4. dub. 2. §. 4. citatus, qui refertur tomo 6. Biblioth. novæ, p. 2. edit. Colonien. cum Acephalo quodam hic de re disputans, dum quæreret hæreticus, quando, ut fatentur orthodoxi, natura humana Christi nihil minus habeat, quam naturæ aliarum personarum humanarum, cur non sit persona, & consequenter duæ personæ in Christo, ut volebat Nestorius: respondet Rusticus diaconus, ideo naturam illam humanam Christi non esse personam, quia Deus illam naturam humanam nunquam suâ gratiâ, atque gubernatione depositam reliquit, &c. sed & ob hoc eam creavit, non ut sua, sed ut ejus esset, & super semetipsum eam fundavit tanquam super basim quandam, vel fundamentum, &c. Respondeo, hoc ejus dictum esse verissimum, nullâ tamen ratione probat subsistentiam creatam sitam esse in negatione, sed ostendit solum naturam humanam non fuisse personam, seu non habuisse propriam subsistentiam, quia super Verbum tanquam super basim & fundamentum fuit fundata, seu quod unita fuerit subsistentiæ divinæ, ex quo, ut jam ostensum est, optimè sequitur eam non habuisse subsistentiam propriam, cum habere simul duas naturaliter non possit. Eodem modo intelligendus est Beatus Theodorus Carix Episcopus ab eodem citatus, & alii.

V. Quando verò Patres dicunt Verbum assumptum fuisse naturam humanam completam, intelligendi sunt assumptum completam in ratione naturæ, seu quoad ea, quæ ad naturam spectant, prout à subsistentiâ distinguitur: Patres enim, ut constat, naturam & subsistentiam tanquam duo distincta proponebant, & alteram, nempe naturam, à Verbo assumptam fuisse aiebant, alteram verò, subsistentiam scilicet, docent non fuisse assumptam, & hoc sensu asserunt fuisse assumptam naturam perfectam & integram, nimirum in ratione naturæ.

VI. Eodem modo accipiendi sunt, dum asserunt naturam fuisse assumptam cum proprietatibus, iis videlicet, quæ assumptioni non repugnant; sicut ut Disputatione octavâ Metaphysicæ supra citatâ dixi, Concilium Tridentinum sessione 13. can. 2. definit substantiam panis in Eucharistiâ destitui, manentibus panis & vini speciebus, seu accidentibus, & tamen certum est panis & vini ubicationem non manere, sicut nec unionem, seu inhærentiam, per quam hæc accidentia substantiæ panis & vini ante consecrationem conjungebantur. Sicut ergo hic dicere debent adversarii, intelligi debere Concilium de iis solum accidentibus, quæ remanere possunt, quantitate scilicet, albedine, & similibus, idem in præsentia affirmare debent de proprietatibus, eas nimirum solas esse assumptas, quæ assumptioni non repugnant, subsistentia verò, ut constat, assumi non potest.

VII. Dices cum Wadingo citato, si subsistentia creata sita sit in re aliqua positivâ, mirum est hanc à Patribus tunc non fuisse insinuatam, sed potestrem tantummodo his temporibus, & profligatâ jam penitusque extinctâ Nestorii hæresim mundo innotuisse. Respondetur primò, parum curasse Patres utrum subsistentia creata in re positivâ sita esset, an in negatione, sed de hoc solum fuisse sollicitos, ut contra Nestorium ostenderent unionem hanc humanæ naturæ non esse tantum moralem, seu per affectum, sed realem, &

physicam, hoc autem abundè probant, ostendendo assumptam fuisse naturam, non subsistentiam, in quocunque demum hæc subsistentia consisteret, positivò scilicet, an negativò, nec enim intererat Concilii ad has speculationes Philosophicas descendere. Cum ergo nihil obstet unioni physicæ præter subsistentiam, hæc non assumptâ, non poterant esse duæ personæ, & consequenter non unio tantum per affectum, ut contendebat Nestorius.

Respondetur secundò, Patres apertè indicare subsistentiam creatam esse quid positivum, agentes namque contra Nestorium, frequenter aiunt Verbum assumptum fuisse naturam hominis, non personam, quæ propositio, ut supra dixi, si subsistentia secundum illos fuisset mera negatio assumptionis, seu unionis, planè fuisset ridicula, & fecisset hunc sensum, *Natura assumpta non mansit non assumpta*, seu habens unionem physicam ad Verbum, non habuit ejusdem unionis negationem: quis de talibus viris hoc existimare potest, quod scilicet proferre vellent, & posteris ad perpetuam rei memoriam tradere propositionem tam ridiculam: sanè parum eorum honori consulit P. Wadingus, si hoc de ipsis affirmet. Deinde Justinianus in edicto Fidei per Vigilium approbato, sic scribit: *Omnes Sancti Patres consonanter nos docent, aliud esse naturam sive substantiam, & aliud subsistentiam sive personam*: quæ verba, præsertim particula *aliud* apertè indicat existimasse eos subsistentiam esse aliquid positivum, distinctum à naturâ.

Præterea ex Concilio ipso Ephesino haud obscure colligitur, existimasse Patres subsistentiam creatam esse quid positivum; cum enim Canone 2. definivissent Verbum Dei esse secundum substantiam unitum carni, Canone immediatè sequente definiunt, post hanc unionem non mansisse duas subsistentias, ergo non est idem juxta illos naturam unitam esse alteri, & non subsistere, alioqui secunda illa definitio planè esset frustranea: sicut quia idem realiter est orbari omni luce, & esse tenebrosum, haud rectè is agere censeretur, qui postquam probavit locum aliquem orbatum esse omni luce, probaro deinde conatur eum esse tenebrosum.

Sed ponamus Patres illos, qui se Nestorio tunc temporis opponebant, positivam hujusmodi subsistentiam clarè non tradidisse, quia hæc non erat contraversia quæ eo tempore agitabatur, solum namque, quod eorum tunc intererat, definiverunt humanam Christi naturam verè fuisse Verbo unitam, & non duas, sed unam tantum in Christo esse subsistentiam; quoties tamen accidit, ut benè observat P. Arriaga hic, Disputatione 25. sect. 4. Veritates aliquas, non ita clarè initio & distinctè traditas, Scholasticorum postea operâ enucleatius declarari, novaque luce illustrari: & ut non abeam longius, hi ipsi auctores qui in positivam hanc subsistentiam, eo quod nuper tantum clarè, & distinctè tradita sit, invehuntur; hi inquam ipsi Patrem Ludovicum Molinam mirè extollunt, optimèque de re Theologicâ meritum esse affirmant, quod scientiam mediam non ita distinctè antea traditam, è tenebris veluti eruerit, clarèque in scholas invexerit, atque ad libertatem prædestinationis, singularèque Dei in prædestinatos beneficium declarandum applicuerit, & nihilominus æquè dicere possent mirum esse tot jam labentibus sæculis, cum plurimæ circa gratiam ac prædestinationem exortæ fuissent hæreses, hanc scientiam, per quam

VIII.

Varie ostenditur Patres indicare subsistentiam creatam esse quid positivum.

IX.

Concilium Ephesinum innuit apertè subsistentiam creatam esse quid positivum.

X.

Veritates varis prius obscure tradita, à Theologis postea magnam lucem accipiunt.

fatentur difficultates illas omnes facillimè expedi-
 diri, non fuisse clarè & distinctè in Ecclesiâ tra-
 ditam, sed nunc tantùm, aliquot nimirum sæcu-
 lis postquam hærefes illa omnes obtrita sunt ac
 penitus profligatae.

XI.
*Auctores multi gra-
 vissimè sub-
 sistentiam
 creatam
 faciunt in
 positiva.*
 Hanc itaque sententiam de subsistentiâ creatâ
 in enitate positivâ realiter à naturâ distinctâ con-
 sistente præter alios tenent doctissimi quique no-
 stræ Societatis viri, Valentia, Suarez, Vasquez,
 Tannerus, Hurtado, Lugo, Arriaga, & alii,
 hancque expeditissimam esse viam asserunt Myl-
 terium Incarnationis explicandi. Videatur Dispu-
 tatio octava Metaphysicæ, ubi Sectione 2. & 3.
 fusè hanc quæstionem discussi; eamque multo
 fufius discutit P. Arriaga hæc, Disputatione vige-
 simâ quintâ.

XII.
*An huma-
 nitas christi
 habeat modò
 appetitum
 ad subsisten-
 tiam pro-
 priam.*
 Quæres: Utrùm humanitas unita subsistentiæ
 Verbi habeat appetitum ad propriam? Si per ap-
 petitum nil intelligatur aliud, quàm capacitas na-
 turalis ad illam, non est dubium quin illam re-
 tineat, etiam unita Verbo, cum sit ipsa entitas
 illius. Simul ergo cum unione ad Verbum habet
 capacitatem ad subsistentiam propriam, non
 tamen ut habeat simul, ut de potentiâ liberâ fateri
 debent omnes, quæ est capacitas seu potentia ad
 operandum & non operandum, cum hac tamen
 capacitate antecedente, & transcendentali stat
 incapacitas consequens, & prædicamentalis.
 Hic autem appetitus seu capacitas solùm est per
 modum affectus simplicis, & amoris, non desi-
 deriù, quasi non esset contenta subsistentiâ divinâ,
 aut esset violentum ipsi non habere propriam
 subsistentiam, cum illâ non orbetur nisi per per-
 fectionem, & per quam meliùs completur, licèt
 non tam connaturaliter. Nec videtur posse dici
 appetere quasi cum quâdam inquietudine pro-
 priam subsistentiam; sic enim appeteret separa-
 tionem à Verbo, quod ut appetitu elicitò nullus
 prudens appeteret, ita nec naturâ innatâ, cum
 opus naturæ sit opus intelligentiæ.

XIII.
*Duam hri-
 sto sunt par-
 tiales unio-
 nes hyposta-
 tica.*
 Infero ad conclusionem hujus Disputationis
 non esse in Christo unam unionem hypostaticam
 & indivisibiliter terminatam ad totam humanita-
 tem, ut volunt Vasquez & Albertinus, sed duas

partiales quarum altera terminatur ad corpus,
 altera ad animam: ita P. Suarez, P. Hurtado, &
 alii. Ratio est primò, quia partes integrales ha-
 bent suas subsistentias partiales, alioqui quoties
 gutta aquæ cadit in mare, toties perire deberet
 tota subsistentia oceani, & nova emergere, quod
 etiam dicendum esset de unione hypostaticâ sin-
 gulis momentis quibus nutriebatur corpus
 Christi.

Secundò probari hoc solet ex Patribus, qui
 ideo dicunt mansisse unionem in triduo inter par-
 tes, animam scilicet & corpus ad Verbum, licèt
 non manserit unio illarum partium inter se, quia
 prior unio erat indissolubilis ex naturâ suâ; sic
 enim loquitur S. Cyrillus, *Unio*, inquit, *ad ani-*
mam & corpus erat simpliciter, etiam per mortem
ipsam indissolubilis: Item sanctus Fulgentius ad
 Thrasimundum lib. 3. cap. 13. sic habet, *Ab ipso*
conceptionis virginis exordio sic in Christo personalis
unitas mansit, ut in morte divinitas nec ab anima,
nec à carne posset separari susceptâ. Alia Patrum
 testimonia videri possunt apud Auctores citatos.

Dices: Singulis instantibus quibus Christus
 nutriebatur, aliquid materiæ acquirerebatur & de-
 perderetur aliquid; ergo & pars unionis hypo-
 staticæ, sicque ante annum trigésimum, sicut ve-
 rosimile est totam materiæ fuisse deperditam,
 ita & totam unionem hypostaticam, præter-
 tim cum non admittamus materiæ primoge-
 niam; ergo hæc unio non est ex naturâ suâ indis-
 solubilis. Nego consequentiam: Licèt enim
 paulatim deperdat prior unio, paulatim tamen
 alia pars acquiritur, unde sicut connaturaliter
 acquirit corpus Christi novas minimas partes ma-
 teriæ, ita & addi debent novæ minimæ partes
 unionis hypostaticæ. In morte autem, si dicatur
 prior unio totaliter destrui, nihil planè est quod
 petat unionem corporis aut animæ cum Verbo,
 ac proinde si Deus tunc producat novas uniones
 inter partes & Verbum, non fit ex illâ exigentiâ
 ex parte illarum, sed merè gratis, & ex voluntate
 Dei, sicque contra Patres unio illa in triduo ex
 naturâ suâ esset dissolubilis, & non dimitterentur
 partes merè ex beneplacito Dei.

XIV.
Duas in
Christo dari
uniones hy-
postaticas
probat ex
Sanctis Pa-
tribus.

XV.
Obicitur:
Tota unio
hypostatica
corporis an-
te annum
trigesimum
fuit deper-
dita, ergo
non est ex
naturâ suâ
indissolubi-
lis.

